



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Cap. VII. De execrabili nequitia ejus in morte perpetrata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

4 HAYMONIS HISTORIÆ

Idem in eodem Lib. *Visum est autem medicis, ut oleo calido fomentaretur, cumque in ipso fomento depositus esset, ita resolutus est omnibus membris, ut oculi etiam ipsi è suis sedibus solverentur.*

C A P. VII.

De execrabili nequitia ejus in morte perpetrata.

EX hinc fertur jam desperans in facinus execrabile. Nam accersitos ad se ex omni Iudæa nobiles, & in loco, qui dicitur *Hippodromus*, reclusos, in hora mortis suæ interfici jubet, in hoc ipsum militibus præparatis & pretio conductis, ut sic saltem lugubres haberet exequias. Sciebat enim Iudæos de sua morte gavisuros.

C A P. IIX.

Quod tres filios occidit, & seipsum interfecit.

Qui paulò antequam moreretur, post duos jam necatos filios, tertium filium jugulari præcepit. Impius parricida, cum jam exitum vitæ adesse sensisset, malo accepto, cultrum poposcit. Solebat enim sic per semetipsum purgatum pomum atque incisum edere. Tunc circumspectans, ne quis esset qui eum prohiberet, elevavit dextram & in semetipsum vibravit iætum. Hic autem Herodis extitit finis.

C A P. IX.

De Archelao Filio Herodis.

Post hunc regnavit *Archelaus*, patre suo *Herode*, & *Cæsare Augusto* adjudicantibus: quo post decem
annos